

theatrum, nisi votis ipse nostris abnuisset, si causatus,
quod bene verum est, nullas sibi unquam asservasse char-
tas, Codices quatuor scripserat, neglexisse, in pri-
mis autem, ut notum habemus, quod latere sem-
per voluerit, captandæ gloriæ nunquam sollicitus,
quamquam eruditus quibusque notissimus fuerit, à
quibus maximè fiebat, quætebaturque frequentissimè
etiam ab alijs, potissimum in negotijs Fori & Jus
conferentibus, cum pro Consultationibus difficili-
mò, tum etiã tuendorum gratiã jurium in pèrple-
xis, & intricatis rebus, quibus expediendis aderat,
citraque lucri ambitum, sponte sibi oblatum, et pro
familiæ suæ victu accipiebat. Quæ de tanto viro in-

ANTELOQUIUM XVII.

Argumento proxime dato insistimus
& colophonem addimus.

Considerem dicis apponit D. Antonius Lau-
rentius Lopez Porrillo juvenis in paucis
opere præclaro, annos natus 23, non una dig-
nitas infula, aut duplici, vel triplici, sed quadru-
plici Doctorali, pro eximia quæ est eruditione in
utraq; Sophia, & in utroque Jure, cujus speci-
men palam dedit in Academia nostra, anno pro-
ximè elapso, plane mirabile, & aliquibus forsitan
incredibile. Natus est in Dicecesi Gadalaxa-
rensi Novæ Galliciæ, in cujus Primaria Urbis
Athensæ Societatis Jusu latino institutus, Philo-

sophiam accepit atque Theologiam, tanto successu,
ut mox à curriculis absolutis, theses per diem inte-
grum publicè sustinuerit de universa, quæ Schola-
stica audit Theosophiã, non absque egregio Illmi.
Episcopi & doctissimorum hominum plausu, mi-
rantium tantam in ætate illa eruditionem, promp-
titudinem, & judicij maturitatem. Mexici consti-
tutus in Regali Divi Ildelfonsi Collegio, ab Aca-
demicis Gymnasijs Jus Canonicum, dein Civile
hausit, laureasque retulit, & Collegij sui Trabeam,
ut dicunt, Oppositionis, periculo facto floridissi-
mos inter competiores, meruit. Tum Justiniani
Institutionum libros quatuor & memoriã reci-
tandos ita proposuit in Aula maxima Academiæ
Mexicæ, ut interroganti cuique § cujusvis titu-
li ad litteram statim referret, & singulas ex om-
nibus §§ erutas conclusiones traditasque doctri-
nas duobus in folio Voluminibus ab insigni Sal-
manticensi Doctore Antonio Pichardo defende-
ret, ac minutatim sciscitanti cuique quas vellent In-
stitutionum difficultates satisfaceret & reponeret.
Hæc datis publicè chartis, typis editis Academi-
co ritu, sponderat, coramque sapientissimorum
hominum frequentia gravissima fidem liberasse da-
tam testatur, qui id temporis Universitatem no-
stram, pro eximia ejus in nos cohonestando gra-
tia & humanitate, regebamus, demirantes unã cum
ceteris adstantibus Viris eruditissimis, juvenis &
memoriam & ingenium magis atque judicium,
& maturitatem doctrinamque egregiam, queis Ob-
jectiones dissolvit, Quæstis satisfecit, & petitos à
singulis arguentibus §. §. saluatim, multumque in-

terse diffitos, citra minimam prolapsionem omnes dixit & recitavit. Grandia licet fuerint ista studij & ingenij minimè vulgaris indicia, leviora tamen habita fuere ijs accedentibus queis per hactenus memorata prolufit. Nam elapso ab ipsis quadriennio chartam edidit, quam invariatae prorsus in adversa pagina damus. ↵

Ubi præfinita dies 28 Maji accessit, frequentissima omnium Ordinum corona Aulam maximam, quæ & ornatu & amplitudine famosissima est, Universitatis implevit, coram qua Prolutionem dixit absolutissimam, & pro instituto suo aptissimam. Mox Academici Professores Theologiæ & Philosophiæ ex omnibus Ordinibus pro suo quisque libito, tum de Cursu Philosophico sapientissimi P. Lofsada, tum de Theologico Illmi. P. D. Joannis Marini, tum de Opere Illmi. P. Ravago interrotationibus multis, argumentis, objectionibus, difficultatibus late productis, egerunt tres amplius horas, stupentes interea Portillum ingenio ita comparatum, studio, ac promptitudine singulari, ut intricata facili negotio dissolverit, pugnantiâ, si quæ videbantur in Authoribus suis, conciliavit, & abditas quasque doctrinas cum in quatuor Tomis Lofsadae, tum in tribus Voluminibus Marini, tum in Opere Illmi. Ravagi promptissimè dederit, explicaverit, propugnaveritque, fluidâ semper dictione & eleganti latinitate, modestiâque insigni. Non secus vespere egit, conveniente frequentiori forsitan coetu, dicentibusque in ipsum Doctoribus è Metropolitanano nostro Capitulo, quos inter nos quoque symbolum contulimus, fatemur

ILLMO. AC RMd.
PATRI DOCTORI
**FRANCISCO
DE RAVAGO**
E SOCIETATE JESU,
REGIS A CONFESSIONIBUS.

Die 28 Maji vespere & mane.

CURSUM INTEGRUM PHILOSOPHICUM REGALIS COLLEGIJ SALMANTICENSIS SOCIETATIS JESU, AUTORE REV. PAT. LUDOVICO DE LOSSADA EYDSEM SOCIETATIS, ET IN EODEM REGALI COLLEGIO THEOLOGICO PROFESSORE, ET SACRÆ SCRIPTURÆ INTERPRETE, ILLUSTRISSIMI AC REV. PAT. DOCT. JOANNIS MARINI SOCIETATIS ETIAM JESU, COMPLUTENSIS OLIM PRIMARII, IN SUPREMO SANCTÆ INQUISITIONIS TRIBUNALI QUALIFICATORIS PRIMUM, ETIAM INQUISITORIS, ET LUDOVICI I. HISPANARUM REGIS A CONFESSIONIBUS THEOLOGIAM SPECULATIVAM, ET MORALEM tribus juls voluminibus traditam propagabo. Neque modò Principes thesauri, verum & vulgare Sybætae Ingenium, doctrinâ, felicitate, profectione omnes defendam. Quòd verò ad perpetuum non modò alicui, verum & doctrinam omnium concedendam alicui, tenendè gressi ubique illam Rev. Pat. Lofsada, ejus, qui in prædictâ defendo, cursus Philosophicus, quippe opus omni ex parte absoluteque perfectum, litterarum Rempublicam in plusis rebus superæ præciosa: Majus mihi negotium movere Sapientissimus & Gravissimus Pat. Marini, sed tamen cum in dierum ceteroquin vehementer occupati viri obsequium sedulam in se sibi conciliandum ediderim, nullas in universâ ejus Theologiae se aperire fiet. Mox alias illic postulat doctrinas inveniri, quoniam per hactenus aliqua ratio colligi possint, præfaturâ me ipso, egero fructibus. Saltem prædicti duo laborum hæc cetera sicut & in hoc edidit habere, quo persequens argumentaria serapantia & offendiculum obijciant. Libet addere opus ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI PATRIS ILLMI. FRANCISCO DE RAVAGO SALMANTICENSIS PRIMUM, DEINDE IN COLLEGIO ROMANO SOCIETATIS JESU THEOLOGICÆ PROFESSORIS, hæc compendiate meriti ac jure celebrissimum CHRISTI HOSPIES STABILE, BENEFICIO EUCHARISTIAE, APUD SELECTISSIMAS ANIMAS, PONSIS DOMICILIJUM: nam quidem, eamque brevem dissertationem, ita verò gravem, doctam, atque exaltatum, ut sciam cum fiant, qui librum evolventes, ad unum omnino rades prælit, quæ eloqui, ut Patrone clienti, occasione vel data, vel arreptâ, videat lampinari.

ILLMO. PRINCIPI D.D.D.
**EMMANUELI
JOSEPH RUBIO
SALINAS**
REGIS A CONSILIIS,
ARCHEPISCOPO MEXICANO.

Die 6 Junij pro mane.

EX quolibet Decretali Gregorij Papæ IX. textu assertionem rogatus deducam, & confirmato, utâ verò pro-assertione cum necesse est Confirmato, ad singula queque illarum Capita elaboratis à D. EMMANUEL TELEZ GONZALEZ VALLIS-OLTEI INQUISITORE, APOSTOLICO egregio Juris Interprete, quippe Salomonicæ Sacre Canonum Professore, cujus ego quis in toto ad quinque Decretæ, libros opte jacti thesauri, solutiones, doctrinas, ad unum (verò non ut opte omnia) singulas & universas ad eundem quàm voluim tam in multa h. minime occupandi ne diffinitionem, ne cum ultimâ limitâ opus ipso tum castigatissimè, verum & hic imperfectionem in se sui C. I. v. excelsis prælit, ne profectionem te sui C. I. v. excelsis prælit, ne profectionem te sui C. I. v. excelsis prælit, ne profectionem te sui C. I. v. excelsis prælit, ne puncto dixit, illa ad verbum huc referantur.

PRO VESPERE.
Xponam memorias ad litteram cor è Julii-
anis quorundam Inquirentis. Libris, que arguunt rogaverit ne paragraphis, quos interpretaturam meâ in hanc ex illis deducatur, de-
dicatorum probentur fructu. Porro hæc in-
rem cõ scribit omnia verâ præcisa Salmanti-
censium D. D. ANT. RICHARDO (cujus ad In-
stitutionis volumina duo publicè defendi) placet
in quo in implacabilem doctrinam pugnat,
que in rebus memoratis est. Sed, ne quid
dissimulam aliquando, in mirabilis verò quis
quibus frequenter offendimus. Mox hanc in
te sui C. I. v. excelsis prælit, ne profectionem
orati omnes faciam, que Anton. Fabro in
puncto dixit, illa ad verbum huc referantur.

JUS fasque erit omnibus, etiam quo ego spectatim de more non invitari, quot quisque velit, tot mihi difficultatibus objicere. Neminem igitur excipio? Neminem prorsus Quod quis contra Authoris, quem pro tempore defendimus, sententiam, mentem, sensum responderit me aliquid, dixisset crediderit, oro quosque illud, ut eodem aliove è tribus certaminis diebus publice id exponat, quò rem coram Sapientissimis, qui aderunt, virtis planè & aperte dicatimur.

PROTESTATIO CATHOLICA.

Quemcumque porro asseruerit, respondero, dixerit, quæque sententiæ, verò, lincx, puncta in prædictis Doctoribus Catholicis (quoniam de uno Oetherodoxo Vinnio supra dictum est) pips quidem & sapientissimæ virtis, sed hominibus demum, inveniuntur, illa ego univerfa Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Apostolice a quo Inceperunt Sanctæ Inquisitionis Tribunali (quibus ipse me totum meaque omnia planè submitto) Catholico sinceròque animo, illorum opera defenditur, omnino luocuo.

Defendemur, pro Regali & Antiquioris constitutione adimplendâ, in Regiâ Pontificiâ Mexicanâ Academiâ (D. O. M. Purissimè Dilectissime Dna Virgine adque precati labæ conceptâ, Catholico iussu Spaniæ S. JOSEPHI, Divis nonnisi Studiorum Patroni, A LOYISO GOZAGA, & JOANNE NIPOVICICUS feneratoris) à D. ANTONIO LAURENTO LOPEZ PORTILLO ET GALINDO in magis: Josephâ dicitur usque Baccalarco, R. & A. D. Hildoni Regiâ Sanctæ Theologicæ opusculis tribus meâ indignis, Religiosè ac P. Mexicanâ Academiâ, quæ quod Regiæ Academiæ occupationes meæ occurrentes vix ac ne vix quidem commuodiorum distinctionem potestatis, & quod videret, ne dicitur ferret non internum Annotatibus, quippe hominibus magna ex parte occupatis, fastidium ingeneraret. Anno Domini MDCCLV. (De Licentia Domini Rectoris.) Mexico ex nova Typographiâ editionis Bibliothecæ Mexicanae desinit.

REGIAE
AC
PONTIFICIAE
**MEXICANAÆ
ACADEMIAE.**

Die 11 Junij pro mane.

Quomorem hæcque gressi omnium verifandæ Jurisdictionis methodo, si nihil citiam hæc indultus quoque meâ, Principum meâ sententiâ facultatis iussu Vi-
ram D. ANT. FABRO in SYLVESTRIO SACRATISSIMO SENATU PARISIENSIS novissime occultationis subiecit. Ne tunc ex variis ejus operibus, tumulario cursu omnia rem procedente, intratum fessile aliquo des-
liquitate, placeat in Fabriae opere distribuere: Mox, Confessionem Juris Civilis libris octiduis, Deciditque de certis Pragmaticis & Interditi Juris canonici, minores sane vespertinâ matre, si tantum numerus paginarum, major in enim-
verò & tradidit varietate in incredibilibus, & rerum ubi tantum attendens.

PRO VESPERE.
Rationalis ad rationem decem Diger. li-
bros, à tunc fecit de Jure, & Jure ad decemitionis ultimâ de Prædictis scriptis, hinc ad alia fragmenta posthuma adu-
tu de sign. & Jure. — Juri iusticiae, facti — & de Liber. & Jure. — Juri iusticiae, verâ voluminibus (sc. Juri iusticiae tam-
dem Patinæa Scientiarum omnino ad Authoris intentum, quaque in his operibus tradidit, universis & singulari de Jure, hinc ad Americæ que perrenit, tunc excepit, que ne ego fore quidem Americanis ego amplexi invariata poterit, nullo Acce-
derunt ipse pro instituto, quidem Fabriciam definitivam fore sicuti & veram. in Sabado Sancto in Actis: aram opus ab Author ipso Forensibus honore omnino præ Academicis, Forensibus etiam: Sabandis maxime defensionum. Ne tu iniquus fessis quoque ab Antonio Fabro (cepit illis eadem in die cum quoque Juri iusticiae annos, postquam auctor moris demum in forensibus consistentem exegeris doctrinam accediam si, non deducitur error, quoque ab ipso, fessis apud quos, certis Juri iusticiae in melius mutare. Quid igitur ne cavillari videat, ne ve effugium mihi cogemet illud ad studium argumenti, quo vocat ad hostium, inficere animo præparat: credat? Primò (que oia & de D. Gonzalez dicta funto) eadem doctrinam pugnarè dicit, quoque necesse est quæque verbis alijs exponit deinde ne & hinc capsum existimari, pugmet qui verâ doctrinâ doctrinam, fessis, si ne in puncto totæ per opus hactenus, ad unum, quo arguta prentæ, doctrinæ ve singulari altero dicit, ve illam, ut in fessis: hoc si dicitur, tenebore expostivo è Jora designare, & evincere difficultâ me implacabile, tunc aut dicitur fessis in quæ problematicè amplectari illud, aut cum perpetuum sequentium defendo.

REGIAE
ACADEMIAE
MEXICANAE
PONTIFICIAE

H. M. PRINCEPS D. D. D.
EMMANUEL
JOSEPH RUBIO
ALAMUS

H. M. A. C. K. M.
TATI DOCTORI
FRANISCO
DE RAVAGO

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

PROTESTATIO CATHOLICA
Hic testatur quod subscritus respondit...
Catholice fidei...
In nomine Domini Amen.

que ingenue, meditationes quasdam scholasticas nostras olim per otium excogitatas edendi eas gratia, nec dum aut à nobis editas, aut in Authoribus alijs, quos sciamus, visas, ut proposueramus subolfecisse omnes, velutque divinasse, & quibus pollet ingenio & doctrinâ solvisse. Sodales etiam nostros gravissimis ipsum rationum momentis urgentes, multaque sciscitantes & varia, sic excepit, ut nihilo minores laudes retulerit ab his queis maectatus fuerat in matutina concertatione, ubi post tres item horas vespertina desivit. Sexta Junij pro mane sapientissimum D. D. Emmanuelem Tellez Gonzalez, ut promisserat, tutatus est, explicavit, vastamque ejus eruditionem ita profudit, ut palam fecerit se hausisse omnem quinque Voluminibus comprehensam & exhaustisse, rogantibus, objicientibus, instantibusque Doctoribus in re Canonica peritissimis. Pro vespere non absimiliter egit, Arnoldi Vinnij Opera omnia, innumeris salebris & Civilis Juris apicibus plena, tractans & versans, ad nutumque argumentantium in re Civili doctissimorum, modò hac, modo illac, quæsitis excurrentium, reponens, argumentisque satisfaciens, non minori tempore in diei hujus certaminibus posito, aut minori assistentium conventu, amplius ampliusque juvenem extolentium. Tandem undecima Junij mane & vespere productioribus moris, & confertiori litteratorum hominum multitudine adstante, Antonij Fabri Opera omnia undecim Voluminibus comprehensa, uno excepto Codice Fabriano Forensi, pro ut adpromisserat, tuitus est, detexuit, composuit, non

non segnius ac præcedentes egerant Magistri & Doctores, Rectore gravissimo, clarissimisque Antecessoribus Universitatis in omnem partem Antonium moventibus, & quâ interrogationibus, quâ syllogismis, quâ longè datis oratione soluta ratiocinationibus (qua etiam methodo præcedentibus diebus pro suo quisque genio usus fuerat) in examen adducentibus subtilissimas Fabri opiniones, resque intricatissimas & penitissimas, quas Portillus omnes ad unguem se habere monstravit, responsionibus unicuique datis eruditiss & plenis, sive formâ, ut dicimus, scholasticâ, sive oratoriâ, ut se ad dicentium modum aptaret, peræquè facilis ac facundus illâ methodo atque ista, ut qui familiarem sibi fecerit Marcum Tullium & amænioris litteraturæ Authores, in quibus otia sua collocavit & quietem. Hæc cum ita haberent, Senatus Academicus coacto Doctorum & Magistrorum Consessu plenissimo, è re sua iudicavit, juvenem non in paucis tantum, sed in rarioribus etiam insignem, insignibus pariter honestate ornamentis promeritis, decrevitque ipsum utriusque Sophiæ & utriusque Juris Doctoralibus infulis convestiri sumptibus omnibus condonatis. Creatus itaque fuit Doctor primùm in Theologia, mox in Philosophia Magister, tempusque præstolatur à legibus nostris præscriptum, Hypodidasculum agens, ut Canonici & Civilis Jurium apicibus Doctoralibus coronetur. Nosque speramus fore, ut Bibliothecam nostram brevè ditet politissimis elucubrationibus. Quanti verò is sit habendus iudicabunt Viri eruditi, collatione ipsum in-

ter factâ & inclytum Hispanum D. Didacum Sarmiento & Valladares insignis Collegij à S. Cruce Vallisoleranæ Universitatis Togatum, postmodum Quæsitorem generalem Fidei in Regnis Hispaniarum: atque ab unoquoque ipsorum thesibus itidem comparatis, seu purpurâ, ut dicitur, juxta purpuram. Theses porrò Illm̃i. D. D. Sarmiento & Valladares die 31 Maji anni 1654 apud Pincianos coram floridissimâ Doctorum frequentiâ propugnata ita habent, & legis tom. 4 Theatri Critici M. Feijoo disc. 14. §. 7. pag. 377.

PRIMA ASSERTIO.

Interroganti de quocumque capite cujuslibet tituli per Decretalium integros quinque libros, Sexti, Clementinarum, Extravagantium communium, & quatuordecim titulos Extravagantium Joannis Papa XXII, designato tantum numero capituli, dabimus ejus initium & sententiam. Idem per integros quatuor Institutionum Justiniani libros.

SECUNDA ASSERTIO.

Similiter ex universis septem Partitarum (primâ partitâ exceptâ, cui leviolem curam impendimus, quia omnia fere qua continet ex prædictis Decretalium libris transcripta sunt) & novissima Recopilationis librorum novem, omnibus que Tauri legibus, numero dicto sententiam dabimus.

TERTIA ASSERTIO.

E Contra: Quacumque specie propositâ principaliter in prædictis omnibus triplicis juris libris comprehensa, dabimus textum probantem speciem, & cujusque decisionis rationem.

Theses à Portillo nostro defensari ceptas die 28

*

Ma-

Maji anni 1754 dedimus supra. Scilicet integrum fluxit seculum, & tardante naturâ, paulatimque maturante monstrum ingenij, tandem aliquando enixa est Portillû, & contra ac opinatus fuerat Clarissimus Scriptor Feijoo (nunquam sibi pollicitus hominem Valladario parem) in America æqualem edidit, nisi majorem dixeris, sin minus memoriâ, ingenio, & certè copiâ eruditionis & varietate, nam rei criterium ad sapientes remittimus, qui collatis, ut dicebamus, thesibus, & ipsas propugnantium ætatibus, sententiam ferant: Valladarius Assertiones suas annos natus triginta quatuor tutatus est; Portillus suas propugnavit anno ætatis vigesimo tertio: Ille Conclusiones ab universo Jure Canonico, Justiniano & Hispano petitas luculenter exposuit; iste Theoremata quæ retulimus supra, non utriusque tantum Juris, & utriusque Theologiæ Scholasticæ & Moralis, verum etiam Philosophiæ, & novi Systhematis Eucharistici præclare exposuit, addixitque se innumeris & implicatissimis Quæstionibus enodandis, & conciliandis doctrinis Authorum sex, quæ multa magnaque Volumina adimplent. Ecquis ista ubi legerit authenticis comprobata testimonijs missis ad Regem, milleque testibus, & Americæ toti notissima, gigantes in ea etiamnum ingenij & sapientiæ procreari non videat? *Monstrum sine vitio* audit apud Scaligerum Joannes Picus Mirandulæ Princeps, qui 24 ætatis anno, Romæ positiones nongentas è Theologia, Philosophia, Mathesi & Magia coram Viris doctissimis propugnavit. Quot verò millia Thesium Portillus in arenam litterariam de-

deduxerit, & ingeniosissimè defensaverit, numeris putare admodum difficile crederet, quisquis memorata superius Volumina Philosophica, Theologica, Canonica, Civilia unquam evolverit, nec modò Principes Assertiones, sed Probationes etiam singulas & Doctrinas uniuscujusque Authoris in eis conclusas, quas ipse omnes Portillus tuitus est, atenta mentis acie perspexerit. Sentiat subinde Alonensis Decanus, num Mexicani Magistros habeant, num auditores aliquid scientes, num à litteris abhorrentes; an magis litterarum monstra & portenta. Jam verò de multis, in quibus nostri excelluerunt, Scientijs & Libris agamus par est.

ANTELOQUIUM XVIII.

Materiæ de quibus Mexicani scripserunt paucis innuuntur, & brevissimâ in tabulâ collocantur.

Quam è vero scripserit de Americanis agens præclarus Societatis Jesu Author Germanus P. Henricus Scherer in Atlante novo part. 4. cap. 3. propos. 9. pag. 823. in Bibliotheca nostra uberius docturi productis Scriptoribus nostris, hic paucis agemus eos generatim censentes seu adumbrantes. Ita ille habet, postquam doctissimos Scriptores in Americâ natos enumeraverat, qui Societati Jesu se addixe-

rant: *Atque hæc fere Bibliotheca Scriptorum Societatis mihi suggestit, quibus si aliquando accedent ea qua ab alijs præsertim Sacrorum Ordinum Religiosis Americanis præclarè gesta sunt (& quorum notitia nunc ego destitutor) satis superque patebit, agrum Americanum non tantum auri & argenti, sed etiam virtutis eximia & scientiarum omnium feracem esse.* Nulla enim est Scientia quam non illi coluerint, & lucubrationibus adornaverint. Scripturæ sacræ Libros aut Commentarijs, aut Animadversionibus, aut Opusculis alijs religiosè ac doctè exceperunt. Concilia Synodosque Provinciales & Diocesanas ad generalium normam atque præscripta condiderunt, & Reipublicæ Americanæ observanda mandarunt. Natæ è sacris Biblijs, Concilijs & Patribus Theologiæ, quæ Scholastica dicitur seu Speculativa, operam admoverunt strenuam, & Magistrum Sententiarum Petrum Lombardum, & Angelicum Præceptorem Divum Thomam, & Subtilissimum Magistrum Scotum, & Doctorum Eximium Suarezium multis Voluminibus, Tractationibus, Prælectionibus, idque alijs elucidantes, & ut sunt acutissimo ingenio, Quæstiones Tractatusque novos, nec faciles, nec jejunos cudentes multo cum Academicæ rei incremento. De Theologiâ mores dirigentè multis egerunt, & pro novi Orbis indole & occurrentibus contrariis, casibusque alijs nondum in examen adductis, multi quidem momenti, novas Disputationes condiderunt, Consultationes & alios Libros. Mysticam quod attinet & sacra caligine involutam Theologiam haud segniter pertractarunt, sublimius in Deum tendentibus animis Ducēs se præstan-

tes minime ignaros, Asceticos plures Libros elaborantes, & innumeros propè minutiores libellos pro pietate religioneque colendâ & augendâ. A Polemicis, quamquam cum hæterodoxis nullum habuerimus commercium, nec porro aveamus, non abstinerunt, multam ponentes operam cum in aliquot libris Dogmatum concinnandis, tum præsertim in ijs ad crism trahendis, qui vulgo circumferebantur, pluraque nigro digna theta claudebant, ut conceptis verbis jam pridem scripsit qui de *Origine & progressu Officij S. Inquisitionis* eruditè tractavit Ludovicus à Paramo, Boroxensis, Archidiaconus & Canonicus Legionensis, Regniq; Siciliæ Inquisitor, Libro 2. cap. 21. n. 22. *Nec me praterit (inquit) quanto studio & sollicitudine in hac Inquisitione (Mexicea) Propositionum Qualificatio Librorumque examen exerceatur: Uti enim Animadversionibus & Censuris à Mexicana Inquisitione ad Supremum Generalis Inquisitionis Tribunal denno destinatis accepimus, adeo sollicitè huic operi incumbunt, ut præter hujus Sapremi Tribunalis approbationem, qua valde perpendenda est, extent recentes Nota quibus Libri quidam in Hispania valde recepti, possint ac debeant omnino expurgari.* Hæc ille ante annum 1598. Nec verò sequentibus annis minus accuratè à Censoribus nostris actum est, agiturque in præsentia. Cathedistica plura & Christianæ doctrinæ explicationis Opuscula condiderunt & Volumina elaboratissima. Concionatoria pulcherrima quidem, & cum pro formandis moribus, tum pro Deo Cælitibusque colendis & Panegyricis laudationibus efferendis apta & jucunda. Jam si Pontificum jura, Romanorum Sanctiones, & Hispanas Le-

ges intueamur, plurimis isthæc omnia & Theoricis & Practicis Commentarijs, Dissertationibus, Glossis, Allegationibus, & similibus Scriptionibus Mexicanis sunt adornata. Nec Æsculapij alumnos, & hæredes Apollinis in optatis habemus, nostris Medicinam excolentibus opportunis doctisque Tractationibus, quæ non solum Galenica & antiquiora systemata exhibent, sed noviora apud Europæos in pretio habita. Quibus Medicinæ cultoribus id etiam acceptum referimus, quod animalia, herbas, plantas, arbores, & ijs affinia multa, quibus abundant Regionem nostram, scrutati fuerint industriè, & ad valetudinem ex arte methodoque advocaverint, quibus res Botanica incrementum multum accepit, Chirurgiam interea Anathomiamque non prætermitentes. Iis jungamus par est eos qui alias professi Scientias operam suam in Historia naturali Indiarum posuerunt, ut subinde è Medicorum cœtu & aliorum Collegijs non unus novi Orbis novus Plinius exierit, non Agriculturæ Scriptores, non rei rusticæ politissimos cultores optemus. Mathematicis disciplinis nostri quoque insudarunt, nec irritò conatu eis se conscribendis dederunt. Jam verò Philosophiam, & tñ Gasendianam, Carthesianam, & quæ extra Hispaniam ab eruditissimis pluribus colitur, non modò libaverint multi, sed etiã ebiberint, & opportunè in Scriptis indigaverint, à majoribus tamen nostris & Peripatu haud deficere: Aristotelique insistentes facillè Principi, ejus Systema juxtà Thomistarum, Scotistarum, & Jesuitarum Scholas plurimis, ut dicimus, Curis illustrarunt, in quibus, quod supra de Theologicis

cis annotavimus, multa ingeniosè nova architectati fuere, successitque è voto Sanctissimo Pontifici Thomæ de Villanova, quem adhuc in terris agentem M. F. Alphonsus à Veracruce in Nuncupatoria Physicæ speculationis suæ ita allocutus est: *Cum olim, Antistes ornatissime, Provincia Castella feliciter præesses, ad hanc novi Orbis Provinciam S. P. N. Augustini, quæ ab illa, quam gubernandam acceperas, velut ex equo Trojano dimanavit, litteras missisti, quibus tuos velut Pater admonebas filios, ut in novo Orbe, novaque Provincia, & apud noviter conversos nova fierent omnia: atque tradendarum disciplinarum instruendorumque discipulorum nova esset ratio. Rhetoricam, Grammaticam, Humaniores litteras excultissimis tradidere Codicibus & præcepta & regulas artemque concernentibus, rum belle tornatis Orationibus, Prolusionibus, Inscriptionibus, Elogijs, & politioris Minervæ Opellis. In Poetica Facultate multi etiam fuere qui Scriptis Apollini litarunt & Musis, tamque præstanti ingenio & ad fundendos numeros pronò, ut teste Illmò. D. D. Bernardo de Balbuena, in *Magnalibus Mexiceis* fol. 31. col. 2. fere ab hinc retro seculis fuerint Mexici in publicâ vatum palæstra tercentum, qui concinnatis carminibus de palmâ certaverint. Unus certe Joannes Ruiz Alarcon primos inter censetur à D. Nicolao Antonio (quem excribit Mirabelius in Magno Historico Dictionario) Comædiarum apud Hispanos inflauratarum & jucundè resflescentium Authores. Cæteri autem Americani nostri vates usque adeo bene audiunt Europæ, ut Censor Hispanus nolissim. Poematis de S. Raphaelè editi à P. Bonaventura*

Terrin, Ordinis SS. Trinitatis, seu Author ipse Operis alio personatus nomine, ut scimus, Poetas nostros multis efferat laudibus, subjungatque (quod nimis aggerare credimus dictum) Musas in Hispanos iratas ad Americam transmigrasse, pro ut clarissima edocent Poemata S. Ignatii, Proserpinæ, & alia. Hinc facile quisque videt delusum fuisse P. Murillo in Geographia Historica lib. 9. Poetas nostros carpentem, quod projiciant ampullas & sexquipedalia verba, quibus magis delectentur & gaudeant, quam acuminatis cogitationibus. Nempe sinistro quodam fato id genus legit aliquot, fugientibus ipsum interea politissimis multis, Sarinana, Rinconio, Cardenas, Villeria, Zamora, aliisque permultis, omnibus numeris in re poetica absolutissimis. Sed ne moremur, ad Historicos gradum faciamus, quos habemus multos & eruditos cum in totius novæ Hispaniæ rebus memoriæ mandandis, tumetiam in Urbibus, Religionibus, Sanctuarijs, & Insignibus Sanctitate viris narratione traditis opportunâ, & ad posteros commendatis. A Politicis & politico legalibus, à Criticis, à Fabulis quoque & argumentis alijs scripto dandis non abstinerunt. Nullibi tamen majorem posuere operam quam in excolendis Idiomaticibus, multitudine juxtâ & arduitate perquam insignibus. Nam ut habet laudatissimus jure P. Kircherius Œdipi Ægyptiaci tom. 3. cap. 4. pag. 28. *Novæ Hispania indigena infinita pene idiomatum varietate inter se discrepant, quæ non tantum dialectis variant, sed plane inter se dissident. Inter eas verò excellit Mexicana, quæ et vicinis Nationibus, & longinquis, postquam Mexi-*

cani Imperij sui fines longè lateque propagarunt, tam communis esse cæpit, quam in Europa Latina, & in Oriente Arabica, ita ut in singulis fere Provincijs Interpretes illius habeantur, quos Nahuatlatos vocant. Et tot porro Linguis permultæ sunt à nostris excoltæ, in Artem redactæ, scriptis grammaticis pro unaquaque ipsarum Institutionibus, Dictionarijs amplissimis, Cathechismis Doctrinæ Christianæ, Sermonibus, idque genus alijs pro Christianâ Indorum efformatione. Quæ sane Opuscula quanto ingenio constant, studio, atque labore, nemo non viderit, modò sciat, ut Hispanos genitos in Europa, ita etiam in America natos unum cum lacte à matribus trahere Hispanum Idioma, Americana verò tam ipsis peregrina & ignota esse quam Europæis. Enim verò qui animum intenderit ad incondita Idiomata, pronuntiaturque difficillima & cognitione, majoris Scripta illa operæ atque negotij dicet, quam essent plura, Hebraicè, Græcè, Chaldaicè, & Orientalibus Linguis jam pridem cultissimis concinnata, Librorum ope, & insignium Magistrorum subsidio. Nec ista propterea Idiomata omnes nostri penitus neglexerunt, quorum non paucos ea etiam calluisse docebimus opportunis in Bibliotheca locis, aliquos aut scripsisse, aut typis edidisse Hebræas & Græcas Artes monstrabimus, quibus forte Alonensis Decanus, qui Græcanica in primis deperit, illectus, palinodiam recantet, nec omnes ad unum Mexicanos à litteris abhorrentes credere

pergat.